

nepte sua, Bottilde in ingressu religionis eiusdem Quatraginta monete, contulit soluturus de eadem pecunia viginti marchas in octa residuas viginti marchas, in futuro anno in festo beati Martini con riosi. alioquin in ciuitatem strengnensem intrare debeat inde nullatenus integraliter persoluta. In cuius rei testimonium vna cum sigillo nostro presentibus est appensum. Datum loco monasterij supradicto anno domini M. CCC. XI kalendas Nouembris.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

1818.

1311 d. 17 Oct.

Sigtuna.

Fru KATARINA af Steninge dels borthbyter, dels säljer till Lagman Birger Persson sina gods i Ekeby och Tibble i Låssa socken och Bro härad med tillhörande holmar samt jord i Arnberga, mot hans gård Foglem i Wi socken, Sewedes härad, samt Yttra Åby i Fliseryds socken, Handbörds härad, med vissa undantag. (Jfr. N. 1807, 1819).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes Litteras inspecturis, KATERINA de stenungum, salutem in domino Sempiternam, Tenore presencium constare volo euidenter, Quod siktunie, Anno domini, M^o. CCC^o. vndecimo. Dominica proxima, ante diem Luce Ewangeliste, apud Ecclesiam beati Olau regis et Martiris, coram villanis et parochianis ibidem, et rurensibus quam plurimis, permutacionem, et empcionem me fecisse in hunc modum, cum Nobili viro, domino Byrgero petarsson vplandie legifero, Scilicet primo, dimitto et assigno, eidem .b. et heredibus suis, perpetue possidendum, predium infra scriptum, in parochia lazta, prouincia bro, XVI solidos terre, sub curia mea, Ekiby, et XVI solidos terre in villa Thybili, eiusdem parochie in vestrabostadhinum, et XVI solidos terre in østrabolstadhinum, eiusdem ville, cum omnibus adiacencijs, agris. pratis, siluis, pascuis, piscariis, et molendinorum locis, et vniuersis hulmum ad illa bona pertinentibus, ac aliis quibuscumque Item assigno sibi, duas marchas terre sub curia mea arnaberghum, cum omnibus adiacenciis, vt superius de prioribus bonis, est expressum, Excepta vna particula terre, que gasategh nuncupatur, Jus, proprietatem, et dominium predicte terre transferens de me, in ipsam et heredes suos per presentes, super XVIII. oras terre concambium fecimus, et XIII oras terre emit de me, pro precio pleno. Pro hiis quatuor marchis terre, assignauit ipse memoratus dominus birgerus petarsson, mihi bona sua infra scripta, videlicet, in sigwidhæ, in parochia wi, curiam suam fughem, cum omnibus adiacenciis, agris, pratis siluis, pascuis, molen-

dinis, ac aliis quibuscumque, et in anbyrdhi, parochia flisurydh, curiam suam, ytra aby, cum omnibus adiacenciis, Exceptis, quod wlgariter dicitur bi flugh, et piscaria, sua in æmbakalff, vniuerse vtriusque domus per quatuor viros veridicos precio appreciate vendi possunt, singula mobilia, que in domibus sunt pro voluntate possessoris vterque nostrum possidet et regat, Jsta statuimus et ordinauimus, presentibus viris discretis, qui dicuntur vitnismen, et Fastær, jnfra scriptis, videlicet, Domino Sunone canonico ypsalensi Johanne gasabogh, Gildedone iudice de bro, hulmwasto ærinlason . Henikino arnolzson, Petro aurifabro, et karolo aurifabro, Nicolao ingigerdis. Martino hwitta. Botiwido longo. Petro hwit. Johanne botildis. Petro humblasek . Andrea stabba magh. Andrea de kulhambri . Hulmmone de hekbý . Erico de setunum . Nicolao de hoa . vlphone de thýuwæsetrum . Stenberno de gieltaløstum . haldano de thialwabý . allone de karsthorp, Thoma de swarzsta . Johanne de Rwetum . Presentibus eciam religiosis viris, priore siktunensi, Johanne, aquila . et fratre Olauo filio meo karissimo . Petrus sigridis filius skildæ foræ fastum. jam dictis . In cuius rei testimonium et euidentiam plenioram, sigillum meum, vna cum sigillo . virorum discretorum ciuitatis siktunensis, Actum et datum loco et tempore supradictis.

På frånsidan: Littera de bonis acquisitis de Katerina Annæbillæ (*med sednare hand tillagdt.*) titulo permutacionis cum domino Birgero pethersson de Ekeby parochia laza et tybile eadem parochia.

Sigillen: N:o 1 temligen fullständigt; N:o 2 till hälften bortfallet.

1819.

1311 d. 17 Oct.

Sigtuna.

DENSAMMA uppdrager åt Biskop Israel i Westerås, att efter behag, så väl medan hon lefver, som efter hennes död, anordna om de gods i Foglem och Yttra Åby, hvilka hon tillhytt sig af Lagman Birger Persson, samt om den summa, hon af samma Lagman har att fordra för andra till honom försålda gårdar. (Jfr. N. 1818).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras, visuris, vel audituris KATERINA de stenungum, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi. Quod venerabili patri fratri Jsraeli dei gracia episcopo arosiensi, omnia bona mea, que habui pro XVIII. oris terre, de Nobili domino Domino Byrgero pætarsson, vplandie legifero, videlicet, curias meas, Fulghem, et ytra aby, et pecuniam vniuersam quam mihi tenetur, pro XIII. oris terre, quas comparauit, committo et assigno, regendi, disponendi, distribuendi, sine quocumque modo voluerit ordi-